



**P**ostquam annos in Mesopotamia Laban ex  
 plusculos consumserat Jacobus, mini- Mesopota-  
 ster heri infidelis Labani fidelissimus; mia in ter-  
 ad quem, metu Esavi, fratris indignan- ram Ca-  
 tis, necemq; minitantis, quod paternam naan redi-  
 benedictionem intercepisset, matris turus.  
 suasu concesserat: redire tandem in terram Cananæam  
 gestiebat.

Sed quia haud facile Labanum istum, avunculum  
 pariter & socerum suum, cujus duas filias, Leam & Ra-  
 chelem, simul in matrimonio habebat, discedendi po-  
 testatem sibi facturum metuebat: semel, cum fortè  
 commodum abesset domo iniquus Euclio, tondendis  
 ovibus occupatus, clam meditatus est fugam, evasitq;  
 simul eum uxorculis: quarum formosior & amabi-  
 lior, Rachel, paterna idola unà secum ad sportabat. Ita Rachel pa-  
 enim Historicorum vetustissimus, Moses, libro Gene- tris sui, La-  
 rationis cap. XXXI. v. 19. ותגנב רחל את התרפים *banis, Tera-*  
 : אשר לאביו id est; & furata est Rachel Teraphim, *phim fu-*  
 Patris sui. *ratur.*

Quæ sit ratio vocis תרפים admodum est in-  
 controversia. Nos, μέλλοντες συγχρωτίζεσθαι τοῖς νεκροῖς,  
 & cupientes Antiquorum loculos perscrutari, quæ cir-  
 ca eam videantur notabiliora, brevicula hac Diatribe  
 proponemus.

I.

I. In vocis *Etymologiam* primò inquiremus. *Joban-*  
 Vocis Te-  
 raphim *va-*  
 nes

A 2